



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

37. Christus adest nuptiis in Cana Galilææ.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)



II. Et ait illis : Venite post me , & faciam vos fieri piscatores hominum, *Matth. 4. v. 19. Marc. 1. v. 17.*

III. At illi continuo , relictis retibus, secuti sunt eum, *Matth. 4. v. 20. Marc. 1. v. 18.*

## MEDITATIO XXXVI.

*De vocatione filiorum Zebedæi, Ioannis & Iacobi.*

I. **P**rogressus inde pusillum, vidit alios fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem ejus, in navi cum Zebedæo patre eorum, reficientes ( & ipsos componentes ) retia sua in navi, *Matth. 4. v. 21. Marc. 1. v. 19.*

II. Et statim vocavit eos. *Matth. 4. v. 21. Marc. 1. v. 20.*

III. Illi autem statim relictis retibus, & relicto patre suo Zebedæo in navi cum mercenarijs, secuti sunt eum. *Matth. 4. v. 22. Marc. 1. v. 20.*

## MEDITATIO XXXVII.

*Christus adest nuptiis in Cana Galilææ.*

I. **N**vptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi. Vocatus est



autem & Iesus, & discipuli ejus, ad nuptias.  
*Ioan. 2. v. 1. & 2.*

I. Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea. *Ioan. 2. v. 3. & 4.*

III. Dicit mater ejus ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite. *Ioan. 2. v. 5.*

## MEDITATIO XXXVIII.

*Christus in iisdem nuptiis primum patrauit miraculum.*

I. ERant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ merretas binas vel ternas. Dicit eis Iesus: Implete hydrias aquâ. Et impleverunt eas usque ad sumum. Et dicit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. *Ioan. 2. v. 6. 7. 8.*

II. Vt autem gustavit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat, unde esset; ministri autem sciebant, qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit: & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est: Tu autem servasti bonum vinum usque adhuc. *Ioan. 2. v. 9. 10.*

III. Hoc fecit initium signorum Iesus in